



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in  
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,  
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab  
eodem legato|| ...**

**Hadrian <VI., Papst>**

**Noremburgæ, 1523**

**VD16 K 320**

9 Q[ue] Iniqve Causae Prophanæ In prima instantia ad Romanum tribunal  
iudicarium trahantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

q̄ sincerius cum fidelibus Christi, tanq̄ cum suis ouibus agatur, instruaturq̄ potius ad pietatem & charitatē mutuam, ex iussione Christi, q̄ ad obseruationem cuiusuis traditionis humanæ, formidine poenæ. Ac si errare eas aliquando labiq̄ contigerit, moneantur, & subleuentur potius fraterne, q̄ ita seruiliter ac dure tractētur. Quo omnibus paulo notius fiat, pastorem cupere potius & quærere salutem ouium, q̄ priuata compendia, ac earum lanam.

**Q̄ INIQVE CAUSAE PROPHANAE IN**  
prima instantia ad Romanum tribunal iudicium trahantur.

Quum nedum iuris ratio, sed & rei ipsa series postulet, **9**  
vt distinctæ sint iurisdictionum limites, & vt quilibet Ordinarius suis sit finibus contentus, alterunq̄ in exercenda iurisdictione non disturbet, minime tamen Pontifices Romani pro tempore existentes, æquitatem hanc communem considerarunt, sed neglecta hac ad petitionem personarū ecclesiasticarum, laicos non raro in causis etiam prophanis, puta hæreditatum, aut pignorum, & in prima quidem instantia coram se Romam citari, ac in ius vocari fecerunt. Quæ res nedum ita, vt prædictum est, in ius vocatis, sed & totius Romani imperij ordinibus, cedit in iacturā, perniciem, contemptum, ac iurisdictionis dehonestationem, diminutionemq̄.

Item cum Romæ quispiam, etiam laicus, interposito iuramento asserit, se non sperare iustitiam apud iudicem competentem in Germania assequi posse, protinus ad tale iuramentum admittitur, ac citatio ei contra partem aduersam dæcernitur. Sicq̄ processus a iudice ordinario ex Germania Romam, nec iudice interpellato, nec parte aduersa monita, protrahitur, inde iuramētī pretextu, nec fori declinatio, nec vlla admittitur probatio, etiam si plane doceri posset, auctorem illum peierasse. Quæ res si altius radices ageret, nec princis **10**